



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXIV. Ioannis Papae VIII. Ad Valderamvm. Monet vt Valderami
causam ad exitum perducatur, vel ad se remittatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CXIV.
 IOANNIS PAPÆ VIII.
 AD VALDERAMVM.

Monet vt Valderami causam ad exitum perducatur, vel ad se remittat.

Valderamo venerabili.

PRÆSENTIVM lator literarum nomine Valderamus, ad vestram fraternitatem coram nobis veniens lacrymabiliter questus est, patrem suum a quodam iniuste carceris custodia teneri detrusum intra parochiam vestram. Quapropter tuæ fraternitati auctoritate nostri apostolatus iubemus, attentius prædicti genitoris causam sacerdotali succinctus vigore inquirere, eique finem, legaliterque terminum dare, si negotii status inambiguus a futuris prospicitur. Quod si anceps vestro fuerit visa libramini, vtraque partes suis allegationibus instructas venire in præsentiam nostram omnino mature mandamus. Data vt supra.

EPISTOLA CXV.
 IOANNIS PAPÆ VIII.
 AD BERNARDVM COMITEM.

Iubet vt ipse cum aliis quibusdam ad Synodum veniat, in qua Frotarius Bituricensis episcopus de obiecto sibi infidelitatis crimine purgare se volebat.

Bernardo comiti.

RELATV videlicet hominis pontificio nostro nuntiatum est quod Frotarius venerabilis episcopus ciuitatem Biturigam inimicis vestri senioris domini Ludouici gloriosi regis tradere maluerit: ideo illuc ipse contendere studueras. Ecce enim idem iam dictus episcopus nobis, nostro & filio præfato regi gloriosissimo, super hoc reclamare studuit, dicens se velle in omnibus tibi & tuis de vniuersis obiectis contra tui & sui senioris infidelitatem, iustitiam facere. Quapropter hortantes mittimus, apostolicaque auctoritate iubemus, vt ad hoc placitum, ad huncque